



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XLI. De visionibus, & allocutionibus non solùm B. Laurentij, & VVicterpi,
sed etiam Dei Genitricis Mariae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

*à pro. contu-
bernalibus.*

XL. Olim cum plus integro anno demorater cum venerabili Sigeboto tunc Eptatici presbytero; postea vero *Beronicensi* Præposito, post secundam visitationem meam præscire cœpit in nocte, & suis^a contectalibus primo mane prædicere, quotiescunque Lycum transi-
turus, & ad eam venturus eram in die. Adhuc enim habitavit hospes meus in Norica ripa fluminis; eo quod in ipsa minus sustineret à superuenientibus importunitates.

XLI. In duabus autem huiusmodi visitationibus meis reminiscor Herlucam visionibus, & allocutionibus non solum Beati Laurentij, & Wisterpi, sed etiam gloriosæ DEI GENITRICIS MARIE lætificatâ fuisse, & audisse quædam obliuioni tradita, quædam propter infirmas mentes silentio velanda. Veruntamen ex tunc cœpit me peccatorem vehementer, ut ipsa iuravit, in CHRISTO diligere, & nulli mortalium plus, quàm mihi de secretis suis credere, magni faciens, quod per aduentum cæcitatæ & surditatis nequaquam fraudata fuisset tantarum reuelationum suauitate.

*h Huius Vdal-
rics meminit
quoq; tanquã
insignis Sici,
Paulus in Vita
Greg. VII. non
procul à fine.*

XLII. Ego iam dudum animaduerti, hanc, illa nesciente, rationem fuisse tantæ erga me dilectionis suæ ex occulta diuinitatis instigatione, quod præ omnibus declaraturus essem ipsius sanctitatem. Talis præsignatio charitatis extitit erga Seuerum Sulpitium in B Martino; erga Adalbertum Ratisponensem Inclusum in moderno^b Vdalrico Cluniacensis attinentiæ apud Sueuos Præposito, quorum alter composuit, alter precem, materiam, sumptumque dedit ad componendam vitam sui dilectoris.

XLIII. Tertia visitatione mecum ad Herlucam Gebhardus alumnus meus, iam mihi per quinquennium domi,